



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate  
Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

Paratos semper oportere nos esse ad bene moriendum propter  
incertitudinem, & metum mortis semper imminentis cap. L

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

DE RATIONE COERCEN. LIBID.

Per hæc enim optime monemur meditari curas, labores, infamiam, contemptum, maciem, morbos, egestatem, cædes, atq; alia innumerabilia pene mala, & peccata, & scandala, quæ solent frequenter ex eiusmodi uoluptatis bus exoriri: ut propterea ab illis omnino abstineamus, ne una cum eis tot tantæ incurramus aduersa. Ad idem plane facit eorum læpe reminisci, quibus male cesserunt uoluptates: atq; inde sibi exempla proponere, ut cauere nobis alienis casibus erudiamur. Proderit hic etiam nobis obseruare similiter pudicos, & castos: quo modo ecouerso eis cuncta prospera, et tranquilla succedant: atq; sic ad eorum uitam moresq; nosmetipso componere. Docet probe Seneca, nisi ad regulam, praua non corrigi. Sed quoniam de morte mentio facta est expedire uero detur deinceps proponere, quam dubia, quam incerta sit mortis hora: ut sumus semper ad moriendum parati, sicut sapienter nos Salvator Christus admonuit, dicens,

Matth. 24. Estote parati quia nescius diem neq; horam.

Paratos semper oportere nos esse ad bene moriendum: propter incertitudinem, & metum mortis semper imminentis. Cap. L.

I Am tecum quæsto amice lector & mente, et animo assidua cogitatione reuoluito: et trabali (quod aiunt) clavio affigito cordi: omne humatum genus destinatum addictum q; & consecratum esse morti: & propterea, tibi cum cæteris omnino esse moriendum, tegiuti, iam reu mortis per sententia iudicis factum ex utero materno, tanquam de carcere ad necem trahi. Instat quidem omnibus ille præfixus dies transmigrationis in ignotam patriam nec abesse longius potest. Sumus enim (ut ait Apustolus) hic hospites, & peregrini nec habemus hic manentem ciuitatem sed futurâ inquitimus: ad quam quidem uelis, remisq; (ut aiunt) uelociter festinamus: sed an-

Hebre. 13.

hoc ipso die: quid dico , die simmo an hac ipsa hora, uel  
hoc puncto temporis migrādum sit, omnino nescimus,  
Scriptum est enim. Omnes morimur, & quasi aqua dilat  
bimur in terram , quā non reuertuntur . Rechte sanē: uno  
nāc cursu iuuenes, senes q; pariter properamus ad mor  
tem : & æque omnes hic conducto habitantes in diem  
uiuimus : & precaria luce fruimur . Datur enim nobis à  
Deo usurā uitæ mutuo perinde quasi pecunia, nulla pre  
stituta ad soluendum die, repeat ideo ipsam, quum uelit.  
Vnde poeta ille. Vita data est utenda, data est sine fœ  
nore nobis mutua, nec certa persoluenda die. Tot.n.  
quotidie præter domum tuam ducuntur exequiæ, & de  
morte non cogitas : tot acerba funera deflentur, & tibi  
successiones hæreditatum, & longæuam senectutē pro  
mittis. An ignoras dictum esse In euangelio homini sibi  
pollicenti uitam longiorem. Stulte hac nocte animam  
tuam repetent à te: quæ aut̄ parasti cuius erūt Sapienter  
& Cato ille Ciceronianus. Ex uita inquit ista discedo tan  
quam ex hospitio, non tanquam ex domo: commoran  
di enim natura nobis diuersorum, non habitandi dedit.  
Oportet ergo nos semper paratam habere animam, ut  
repetenti domino, quod debemus , mutuum sine mora  
reddere ualeamus. Iunior es: quid refert : etiā si sis puer,  
aut adhuc in cunis quasseras anniculus? Non hic dinume  
rantur anni, quilibet ætas matura est ad moriendū . Iu  
uenes quidem ob uarios & incertos casus semper sunt  
in periculo cito moriendi : senes propter uitæ breuitatē  
diu uiuere non possunt. Monet quidē recte Cicero qua  
tenus adolescentiæ sit fidendum. Facilius (inquit) in mor  
bos incident adolescentes, grauius & grotant, tristius cu  
rantur . Rechte itaq; docemur in sacris litteris peruigiles,  
atq; accincti semper stare, expectantes, ut quem pulsauer  
it dominus cōfestim aperiamus ei. Tam uaria si qdem,  
& inopinata sunt pericula, ac mortis genera, quæ undiq;  
nobis: impendunt : ut semper uerendum sit, ne repente

Luce. 12.

Ibidem

DE RATIONE COERCEN. LIBID.

ex Inopinato, præcipitiq; exitu, ac tumultuaria, & impro  
uisa morte rapiamur. Mors quidem & si permittat alio  
quos procedere in uita longius: morboq;, & senio sæ  
pe tabescere, plures tamen robustos, & sanos uel in ip  
so medio ætatis flore decutit: uel improviso aliquo ca  
su in ipsis, uite primordiis, precoxes, et immatuos inter  
cipit. Heu quo hodie uiuunt, et ualent, qui cras nō erūt,  
quot mane læti ludunt, & saltant, qui uesperi effertuntur  
ad sepulchrum. Mille casibus subiacet dieculæ unius  
spacium: ut ne momento quidem, aut puncto ipso tem  
poris secura sit cuiquam huius uitæ ratio. Angustissimis  
prefecto terminis circumscripcta, & innumeris periculis ual  
lata est ærumnosa mortalitas. Quo circa iure meritoq;  
Aristoteles hominem ipsum imbecillitatis exemplar, iou  
cumq; fortunæ solebat appellare. O tu ergo homo, qui  
mortem non cogitas, & prospero mūdi successu tumes  
uide quid agas: nosce te ipsum: nam quisquis es, quacumq;  
dignitate perfulgeas, aut honore, aut titulo quo quis te ex  
tollas, aut iactes: bulla es, & tumor inanis, & (ut aiunt) uis  
tima sub cultrum iam dudum ferienda: & (ut dicitur) ins  
ter sacrum, & saxum posita. Pendet siquidem filo, uel po  
tius plico, alligata uita mortalium: & super nos semp tam  
in proclivi q; nimbosus imber, mors est. Nam ut taceam  
morbos vulgares, qui nobis semper imminent, & quibus  
frequenter corripimur: quorum genera ultra trecenta  
annumerauerūt antiqui medici, ppter nouas, & inauditas pe  
stes, q; quotidie pullulant, ac passim p urbes, perq; oppia  
da, & rura graffant. Ultra haec in qua, quoq; quota portio  
est cōmemorata: infinita penè sunt instrumenta, & arma  
subuertendæ uitæ miseris mortalibus i hoc mūdo. Impé  
det siqdē ceruicib' n̄is gladii, secures, lâceæ sagitte, lapi  
des, fustes, missilia, tormeta, iſidiæ, bella, intimitiae, uenefi  
cia, ferae, laniat', q̄st', gelu, rigor, frig', calor, siccitas, humor  
terremot', inundatio, eluvio, naufragiu, p̄cipitia, et alii fere  
innumerabiles casus, q̄b' quotidie iparat tollimus à uita,